

Corona civica, cum tali monumento medio.
OB CIVIS SERVATOS. Nummum hunc
aureum sum conspicatus apud D. Ge-
orgium Romanum Norimbergæ.

In una parte.

13. Augustus videtur incoronatus, laevo obtutu,
cum nominis adscriptione. AVGVSTVS
DIVI F.

In altera.

Apollo Actius stat conuersus, tunica talari
inductus, dextra plectrum tenens, laeva
lyram. Sincindale. IMP. X. infra. ACT.
Nummus hic aureus à me uisus est
apud D. Achillem Naphæum Romæ.

In una parte.

14. Augustus videtur incoronatus, laevo obtutu,
sine ullis literis.

In altera.

Templum, quale inter argenteos à nobis
descriptus est, cum figuris in Hypano
adornatum dispositis, et Zophori in-
scriptione. IMP. CAESAR. Pro cuius
etiam foribus praestructum est fulcrum,
è quo pretereuntes commodè et ociosè
spectantur. Nummum hunc aureum
vidi apud D. Georgium Romanum
Norimbergæ.

In una parte.

15. Augustus effigiatur aperto capite, incoronatus,
cum tali